



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvñionis Tum pro Sacerdotibus,
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quam debeat pœnitentiam exhibere sive publicus sive occultus, peccator
ut ad communionem admitti possit, §. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

§. 3.

Quam debent pœnitentiam exhibere sive publicus, sive occultus peccator, ut ad communionem admitti possit.

a *Suar de Euc. d. 67 Sec. 2. §. inquire autem.*

b *Idem ib.*

Si peccator sanus, occultè sperat; sufficit aegisse occultè pœnitentiam, seu confessum sacramentaliter esse: idque Sacerdoti, aliisque, qui forte adsunt, noverantque peccatum, constet. Si verò publicè sperat; necesse pari modo est, ut publicè b constet pœnitentia, sive confessio, pro ratione status peccati, ita ut bona ipsius dispositio manifesta sit. Ratio utriusque dicti est, quia sic Sacramentum dignè coram Deo, & hominibus tractabitur. Dixi, constet: nam si dubitetur de pœnitentia, non sufficit: quia possidet certitudo peccati:

peccati : cum contra, si dubites
de peccato; potes, ac debes illum
communicare: quia possidet bo-
aa fama perentis, atque adeo pe-
tens præsumitur bonus, ut supra
annui num. 7.

24 At si peccator, quantumvis
publicus, (qualis est v.g. mere-
trix publica) in mortis articulo
sit constitutus; satis erit, c si pro c *Idem id*
temporis opportunitate, & an-
gustia, vel ritè confiteatur, vel si
hoc nequeat, signa contritionis
exhibeat, juxta ea, quæ diximus
cap. §. §. 8. num. 16. & ad evitan-
dum scandalum publicetur, quā-
tum fieri potest, dicta Confes-
sio: de cuius publici peccatoris
Confessione vide quæ dixi in me-
thodo Confessionis lib. 3. cap. 3.
§. 1. Ratio est quia tunc, pro-
pter periculum, urgenterque
necessitatem, non est major di-
ligentia extorquenda, quam il-
la, quæ commode exhiberi po-
test: & ex alia parte de quolibet

O 4 fideli

fidieli præsumitur, eo in articulo, facere pro sua salute quantum potest. Addunt aliqui ad meretricem graviter decumbentem in lupanari, seu loco publico peccati, etiam si confessa rite fuerit, non esse ad deferendam sacram Eucharistiam: esse, si in domo privata jaceat, propter reverentiam Sacramenti. Puto tamen, ubi hæc loca publica sunt, esse servandam consuetudinem ejus Ecclesiæ, quæ potuit declarare, quid melius expediret, forte ad terrorem aliarum: Nam certum Christus Dominus ad peccatores, præsertim contritos, liberenter divertit.

§. 4.

An laicus, vel inferior Diacono ministrare unquam posse Eucharistiam.

a De Lugo

a Luch. 25

a B. 30.1

Dicit aliqui, a nunquam, ne ex commis-